



**I**oannes ex nobili familia apud Saxones natus  
 est. hunc parentes honestè educarunt, & in bonis  
 literis erudiendum præceptoribus cōmendarunt.  
 Itaq; factum ut postea rerum usum huic eruditio-  
 ni coniunxerit, & in magna existimatione fuerit.  
 Quin etiã Ioannes Fridericus Saxonix elector eũ  
 inter consiliarios ascivit, & suo nomine frequẽter  
 Imperij comitijs interesse iussit. Cũ etiã 1539 Heinri-  
 cus Angliæ rex Annam Clivẽsem uxore duxisset,  
 & nuptias celebrare uellet, elector (qui sponsæ so-  
 rorẽ Sibillam uxorem habebat) hunc Dulcium cũ  
 suo cancellario legatum in Angliam misit, ut & nu-  
 ptijs interessent, & Anglorum religionem inspice-  
 rent. id quod Dulcius pro sua prudentia gnauiter expediuit, & sequẽti anno  
 7 Martij Smalkaldix Protestantibus, quid in Anglia fieret, retulit. Hinc fa-  
 ctũ quod Dulcius ob multas animi & corporis uirtutes conspicuus extiterit.